Ad Sigis 1.

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Jordano Castellano Voynicensi —

323

Mgfce sincere nobis dilecte — Hoc omne, quod Sta tua intelligit, ad utilitatem rerum nostrarum pertinere, vo=lumus ut faciat. Et cum tres Piscinæ sint quæ demitti hoc annö deberent, illas de=mittat, piscesque communes vendat, et servet pro nobis electiores —

Quöd ad testamentum olim Ioannis Galka Plebani Biecene attinet, postquam audimus esse nunc in Terra Cracoviæ Generosum Nicolaum Lanczkoroni=ski, volumus ut in executionem ponatur. Nam tam diuturna dilatio posset, nobis afferre non modicum detrimentum. Liben=ter sciremus, an mgfcus Castellanus Craco=viensis, reddiderit Literas supra bona nostra Lanckoron et similiter octingentos florenos pro arce Camenecense. Itaque reddat de his Sta tua nos certiores. Cætera significabimus per Generosũ Castellanũ Polaniecensem — Dat: